De affectibus oculorum.

OBSERVAT. I.

De ophthalmiâ cum rubedine & ardore.

VXor Dn. Epiſcopi Mercat. Ulm. per aliquot ſeptimanas ophthalmia graviſſima laborans, aliis in caſſum admotis, cum rubore, & palpebrarum adglutinatione.

℞. M. p. ſine quib. ʒß. aur. coch. a. ℈j. cum aq. bet. 27.

Propoſui veſicatorium, recuſavit obſequium.

℞. Thuti præp. ſarco. an. ℈j. vitr. rom. ſumach. a. ℈ß. ligata in nodulo infund. in aq. Roſ. plant. fænic. a. ℥j. calef. & expr. ad lap. calam. præp. ℈j. f. coll. cum penna inſtill.

Cum ſubitaneo adjumento, ut nullis aliis opus præſidiis.

OBSERVAT. II.

FOmina plebeia dextri oculi rubedine longè lateque ſerpente cum inſigni calore & ardore, detenta, aliorum *conſiliis vanis.*

℞. Aq. Roſ. plant. a. ℥2. ſolani. ʒj. vitr. al. ℈j. diſ. & col. ad. Thuti. præp. ℈j. M. cum linteolo imbuto & expreſſo *apl.*

Intra paucos dies cum admiratione, qui malum illud prius conſpexerunt, libera evaſit.

OBSERVAT. III.

QUidam Juvenis plebeius lippitudine oculorum cum inſigni tumore, ut eos aperire non poſſet, ultra ſemeſtre moleſtatus, multorum præſidiis fruſtra adhibitis.

℞. Aq. plant. roſ. fragorum. a. ℥j. ſolani ʒß. vitr. al. ℈ß. camph. gr. 2. diſ. & col. ad. Thuti. præp. ℈iß. M. pro coll.

Brevî reſtitutus.

OBSERVAT. IV.

JUvenis 24. ann. arti Pœoniæ addictus, Naturæ melancholicę, ophthalmiâ ſat gravi infeſtatus ex defluxione ſeroſorum humorum.

℞. M. p. aur. cochl. ſ. quib a. ℈j. cum aq. beton. ſ. p. 27.

Poſt uſus pul. ſternut. per nares attracto. ℞. Pul. ſternut. ℈ij. ſp. diambr. ℈j. major. ℈ß. f. p.

Tandem ordinata aq. roſ. cum vitr. al. & Thutia præp. exterius apl.

Cum optato ſucceſſu.